Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift

his ut reor me apostolus commonitum uoluit. quod non solum laboriosa
est sed et noxia. Si cum per hec ad eterna semper que manentia transeun
dum sit. in his hereat ac remaneat. Reuertere nunc atque intuere
omne longum longitudine longum fieri. ipsam uero longitudinem
longam dici non posse. ut omne castum castitate castum fieri. ipsam
uero castam non dici ullatenus castitatem. Cum ergo meram longitudinem
contemplari cupis. aut cum trigonem uel exagonum mentis oculis
figis. perpice quantum uales ac refuge non solum omne corporeum. sed quicquid
simile esse potest corporeo. et cum uel trigonam uel tribus punctis ac tribus
lineis. uel rotundam puncto. uel linea conformari incorporabiliter atque
illocaliter uideris. tum quoque ac super eminentiam conspice numerorum.
et intellige uniuersum corporeum numerabile per numeros fieri. ipsos uero
numeros non posse numerari. Nam quis non dicam eloqui. sed cogitare dig
ne ualet. quod numerus cum ex uno et per unum et in uno sit. principium
tamen ac finis illius non sit. Si enim dixerimus unum numeri esse principium. ip
sius unius quod dicemus esse principium. Ecce habes principium numeri princi
pio ut ex ipso sit numerus. Nam uero si numerare uelimus adicis unum
uni ut fiant duo. et unum duobus ut fiant tria. et unum tribus ut. iiii.
et deinceps quotiens unum multiplicauimus. totiens quasi multas sin
gulis in summa dicimus: ut decies ducti. x. et uicies. xx. et centies. c.
et milies. ∞. nominentur. ut agnoscas omnem numerum ita per
unum esse. sic ex uno procedere. Illud uero patet ad finem numeri quod nul
lus est prorsus ueniri non posse. quia transis omnem numerum qui ex uno et
per unum. et in uno est. semper est unus. Ita tamen ista sunt cum dicimus ex uno
et per unum et in uno. parent eterna per in localia ubique tota. eodem in
finito semper equalia. quia nullum uere unum maius uno uel minus
est. Hec sunt numerum inchoantia. ducentia. perficientia. ipsa nec
inchoata. nec numerata. nec finita. Credo quia sapientiam dici non est nu
merus. Nam cum ex uno et per unum et in uno sit numerus. nec numera
ri non tractari possit. ut per eundem numerum ordinentur. numerentur.
finiantur. ipse est trinitas totius per quem est omnis numerus. Ecce quod habi